Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LXXIII. Nvllvm Omnino Mendacium culpa vacat; aut apud Deum est excusabile.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

Visual Library

CAP. LXXIII.

NVLLVM OMNINO MENDAcium culpa vacat; aut apud Deum eſt excuſabile.

§. ILlud autem arctè teneant nullum prorſus eſſe mendacium, quod vllo colore vel prætextu apud Deum excuſari poſſit, nam vt docet Sanctus Auguſt. lib. *contra mendacium, non licet mentiri pro hæreticorum inueſtigatione & correctione cap.* 1. *nec vllius boni cauſſa cap.* 7. *nec vt proximus grauius peccatum vitet, vt ſtuprum, adulterium cap.* 9 *nec pro illius æterna ſalute cap.* 20. *Siquidem eorum qui dicunt, Faciamus mala, vt eueniant bona, damnatio iuſta eſt*, vt affirmat Apoſtolus Rom. 3. v. 8. *Neq; modeſtiæ ergo mentiendum.*

Nec pro quolibet malo euitando nec pro quouis bono conſequendo licet mendaciolũ proferre,

§. Sanctus Auguſtin. ſerm. 29. de verbis Apoſtoli cap. 4. & habetur 2. 2. qu. 2. c. 9. *Cum humilitatis cauſſa mentiris, ſi non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod euitaras. Veritas autem ipſa in te non eſt, niſi te dixeris ita peccatorem, vt etiam eſſe cognoſcas. Veritas autem ipſa eſt, vt ꝙ es, dicas. Nam quo modo ibi eſt humilitas, vbi regnat falſitas? Neq; mentiri conceditur pro temporali vita proximi.* Vt in Pſalm. 5. habet Sanctus Auguſtinus, & habetur 2. 2. q. 2. c. 14. Ne quis. & c. 15. Faciat homo ex lib. de mend. cap. 6.

CAP. LXXIV.

MENDACII DETRIMENTA.

§. VV cautius vitent hoc vanitatis & falſitatis vitium ejusq; incommoda conſiderent. Nam 1. oleum perdit & operam, nec conſequitur, quod aſſe-

qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN